



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 1. Ira, quid sit, & an semper mala?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

CAPVT VI.
 IRA, ET IRACVNDIA, IN
 ALIQVOT HISTORIIS,
 EXENTERATA.



PARS PRIMA.

IRAM, Aristoteles docet, esse accen-
 sionem sanguinis circa cor; alij appeti-
 tum vindictæ; completius tertij
 vtrumque coniungunt, aiuntque, iram esse,
 sanguinis inflammationem, circa cor, propter
 appetitum vindictæ; seu cupiditatem puniendi
 eius, à quo se quis laesum arbitratur. Hæc cu-
 piditas

I.

IRA QUID
 SIT, ET
 AN SEM-
 PER MA-
 LA?
 Aristot.
 lib. 1. de
 anima.

inter eos qui Doricè concinunt; neque diſcordant. Nec recti limites excedit, ſi in fræno teneatur. Quare illud David prouidè monuit: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Poſteſt enim irascens non peccare; immo poſteſt peccare, qui non irascitur, ſed ridet, quando flenda cernit, cauſſamque habet irascendi. *Qui ſine cauſſa irascitur,* ait S. Chryſoſtomus, *reus erit, qui verò cùm cauſſa, non erit reus: nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec erimina conſpeſcuntur.* Si ira deſit, nemo pugnet, nemo vincet, nemo de hoſte eſt triumphaturus, vel certè pauci. Manichæorum hæreſis fuit, uſque ad eò irascendum non eſſe, ut ne malefactores quidem occidi poſſe iudicaret: cùm tamen, ex actis & probatis dignum morte, à morte eximere non poſſit iudex. *Deus itaque qui irascitur, non in totum prohibet iram, quia is affectus neceſſariò datus eſt;* ait Lactantius: & Ariſtoteles: *Eſt maximus ad ſubeunda pericula aculeus iracundia.*

Stoici iram & omnes animi affectiones, tanquam malas, exiſtimabant radicitus tollendas; vera tamen & à S. Auguſtino approbata Peripateticorum ſententia eſt, motus eiufcemodi poſſe rationi conſentaneos eſſe, & aduerſos. Monet ergo S. Thomas, in

R

quauis

Pſal. 4. 5.
Ephel. 4.
25.

S. Chryſ.
hom. 11.
in Matth.

Lactant.
Firmian.
lib. de Ira
Dei.
Ariſtot.
l. 3. Ethic.
c. 8.

II.
QVAE IRA
RONA,
QVAE MA-
LA SIT?
S. Aug. l.
9. de ciu.
cap. 4.
S. Thom.

Silu.verb.
ira, n. 1.

Sabellic.
l. 9. c. 3. de
iracun-
dia.

S. Basil.
orat. de
ira.

Laërt. l. 6.

piditas, moderata esse potest, vel immoderata. Si moderata est, bona est; si immoderata, aut contra ordinem rationis, mala est, maloque a fino vehitur, cui hæc ira calcar addit equitanti. Sunt nimirum medij quidam motus animorum, quibus si malè utaris, sunt vitia; sin aliter, virtutes erunt. *Qui peccanti irascitur, ut vitium corrigat, nihil inhumanè facit: qui iniuriam damnat, aut illatam ulciscitur, fortis hic & iustus: at qui iram non frenat, sed præceps rapitur, is immani belluæ similior, quam homini.* Itaque, ut S. Basilus scribit, *ira, in homine, est, quod canis in domo; qui bonus est, si fures abarceat latrando; malus, si in domesticos & amicos infestus insurgat.* Irasci aliquem iuste posse, è Diogenis constat dicto, qui, cum de non irascendo accuratè disputaret, protervus quidam adolescens, velut periculù faciens, an dictis facta competerent, & numquam Philosophus re præstaret ea, quæ docebat oratione, in faciem illi spuit. Tulit id quidem æquo animo & sapienter Diogenes; dixit tamen: *Non quidem irascor, sed dubito, an irasci oporteat?* Indicavit ergo, aliquando irasci oportere. Est hæc affectio cos virtutum; est regiminis, & iusti metus radix; est nimix lenitatis atque indulgentiæ correctrix, est etiam inter